

Iustitiam omnibus incolis Regni iuxta iura publica, in omnibus
Dominij constituta absq[ue] omnibus dilacionibus & prorogacionibus
administrato, nullo quorumvis respectu Sabito. Quod si quod
absit in aliquibus iuramentis meum violauero: nullam mihi
incola Regni, omniumq[ue] Dominionum vniuscuiq[ue] gentis obedi-
entiam prestare debent, imo ipso facto, et ad o[mn]i fide obe-
dientia Regibus debita, liberos facio, nec absolutionem ullam
ab hoc meo iuramento a quoquam petam, nec vltro oblatam
suscipiam. Sic me DEVS adiuret.

Pœna Usurariorum Publicorum

PRIMO ergo puniuntur infamia in utroq[ue] iure Can. 3 q[ue]st. 3.
Ista tamen in civili n[on] imponebatur, nisi qui exigebant vl-
tra centesimam partem. Nunc tamen in omnes est extrudenda.
Secunda pœna est, ne admittantur ad usum altaris.
Tertia ad sepulturam.

Quarta Non debent recipi illorum oblationes, si quis reci-
piat est suspensus.

Quinta pœna est, quod non possit admitti ad Confessionem
a Parocho, donec omnes usuras restituerit. Et si non po-
terit restituere, debet dare cautionem, cum pignoris. Quod
non presentes sint, a quibus accepit usuram, debet dare
istam cautionem Episcopo, vel eius Vicario, et quantitas
debet

debet exprimi in cautione. Si hac oia non fiant; illius testa-
menti non potest aliquis esse testis: non potest sepeliri in loco
sacro; nec testamentum eius ipso iure est ratum. Et Parochus
sepeliens excommunicatur. Si vero non potest dare cautionem;
debet iurare se postea restitutum.

Publicus autem usurarius quid potest esse. 4

Primo, si publice exerceat usuram, & nulla ratione possit celari.

Secundo, si accusatus crimen fateatur in iure rogatus

Tertio, dicitur, Quando extra iudicium coram sacerdote, Sacerdos
testibus suum crimen fateatur.

Quarto, si damnatus sententia iudicis.

Comunis ergo opinio est Canonistarum, omnes illas poenas convenire
usurario quocumque hoc modo. Cavaricus tamen limitat lib. 3

cap. 3. Primo quod illae 4 poenae poenae conveniunt mani-

festo usurario quocumque sit publicus. Probat ex cap. in

Diocesi de vgn. Dicit 2do quod illae duae poenae, quae habentur

de usuris cap. qnqz lib. 6 saltem infliguntur illi, qui

publice subvertunt actum, ad usuram dandi, & exercitium dampni

publice, ut ex cap. 6 de usur. quae opinio mihi probabilis videtur.

Et de hoc intellige, quod non facere testamentum: donare causa
mortis